



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661**

De Svccessionibvs Ab intestato. Titvlvs XXVII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

DE SVCCSSIONIBVS AB intestato.

TITVLVS XXVII.

CAP. I.

Quoniam bona propria dare potest, cui vult: sed si decedat intestatus...

Et Conclio apud Althenen. habet b. Sed hoc e libidinem inuentum est de Episcopis, Presbyteris & clericis: ut d si per hereditatem, vel a modo inturu personam aliquid adquisierint, domus licet cui voluerint dum vivunt. Si autem ante mortem, quam hoc fecerint, altari cui seruiunt, omnia peregrina iustificauerint, & in ius eius tradantur.

CAP. II.

Quoniam si quis presbyter factus intestatus decedat, eius bona diuoluantur secundum formam hic contentam. h. d. secundum intellectum figuratum, qui hodie etiam tenet.

Et Conclio Tribur. f

Secundo & concilio adalatum est, quod quidam laici immunitatem contra Presbyteros suos, ita ut de mori entium Presbyterorum substantia partes sibi vindicent, licet de propriis fuerint. Interdicitur itaque ne hoc ulterius fiat, sed licet liberi facti sunt ad suscipiendum gradum, & agendum officium diuinum, ita nil ab eis praeter diuinum officium exigatur. Peculium vero ipsorum diuidatur in quatuor partes, quarum una Episcopo altera & ecclesia, tertia pauperibus, quarta parentibus ad lignetur, & si non sint idonei parentes, Episcopus eam recipiat, & in usum ecclesiae diuidentur distribuatur. Et si quis contra hoc praesumpserit, anathematizetur.

CAP. III.

Quoniam si quis abbas & singulare intellectus huius capituli, huiusmodi bonorum quomodo intelligitur. Et primo sic: Vnde intelligitur ad presertim conditum per verba conuocata, etiam propter aliud prelatum, quamquam successio sua testario veniat ad ecclesiam alteram ecclesiam. Val aliter secundum alium intellectum, & sic: Per unum testem de veritate, & per confessionem alteri occidit factum probatur oblatum, etiam quo ad effectum impingente bona oblati.

Innocentius III. & Martinus Episcopi.

Quoniam dilectus filius Abbas de Brugia, pro causa, quam aduersus Episcopum Advenen. habebat, diuina expetisset: Abbas proposuit ante dictum, quod Archiepiscopus de Alerio, ad participationem orationum monasterio de Brugia, obtulit se & sua: [ i & infra. ] Illud tamen intelleximus esse probatum, quod dictus Archiepiscopus agens in extremis vel ultimam exprimit voluntatem, adierit se & sua monasterio conuenit. Vnde cum requisitus esset, ut conderet Testamentum, respondit se non posse testari, quia se & sua conuoluerat monasterio se predicto: & licet unus testis illius dixerit se vidisse, quando se & sua obtulit monasterio, quia tamen alii testes dixerunt se audivisse ipsum in Abbate praefato, quod n praedictum est, con-

h. Haec dicitur die, inquam apparer. b. Alierio. c. Cap. i. ubi in. no. i. comp. d. Dicitur, ut, deest in omnibus manuscriptis. e. presertim. f. Tribur. g. Barob. l. 2. Dec. c. 206. f. v. p. 6. c. 2. & c. 20. in. i. comp. h. aliter vero. i. sunt. k. Nicomedi. d. Lanes. l. Cap. i. cod. tit. in. 3. comp. m. Conclio. n. dicitur.

stentem, non tanquam sufficienter probantes, sed tanquam vehementer admiculantes, adfectionem Abbatis plurimum adiuuabant. Quia vero pars Episcopi adferbat se velle probare, quod dictus Archiepiscopus in extremis laborans tanquam Phreneticus alienatus erat a mente, unde non valuit, quod expressit: Nos causam illam tibi sub hac forma diximus committendam, quod nisi praefatus Episcopus legitime probaverit, sepe dictum Archiepiscopum sine mentis compoem non fuisse, cum ultimam voluntatem expressit super impetitione monasterii perpetuum ei silentium imponatur & compellatur restituere monasterio, quatenus de bonis ipsius Archiepiscopi, vel etiam monasterii occupavit. Si vero legitime probaverit Archiepiscopum, qui super ultima voluntate praemissa sunt, alienata mente dixit: ad faciendam ei nomine parochialis ecclesiae (cujus ipse administrationem gesserat dum vixisset) restitutionem bonorum, quae ipsius Archiepiscopi fuerant, monasterium condemnatur, cum idem Archiepiscopus ab intestato decederit: ipsique monasterio super impetitione Episcopi silentium imponatur.

[ i. Quibusdam rebus suis usus suo simpliciter reuocato. De manu cuiusdam fratris eiusdem canobis augmentationem cerona in signum illius oblationis accepit, & quod hanc concessionem hoc modo faceret, & non suo nomine, sed monasterii possidebat, & monasterio quicquid acquirebat, acquireret: sepe fuit in canonici capitulo praesentatus, & in hoc etiam publice per viginti annos fere idem Presbyter nullo contradictione vel reclamante permansit, ita quod per publicam famam in omnibus notum erat. Nam Abbas de Brugia qui pro tempore fuerat ipsi Monachi rebus illis non fecit quam alius rebus monasterii proprii sciente Episcopo Edunen. qui pro tempore erat, & in nullo penitus reclamante, publice vendidit. Id autem quod mente compo dictus Archiepiscopus fecerat inter vivos in ultima voluntate mente sanus, licet aeger corpore, confirmavit. Cuius idem Abbas & Monachi res sic legitime datas, & alias quas ipsi Archiepiscopo concesserant ad utendum vel suum monasterium reducere volent, praedictus Episcopus eis uolentiam inferens, non solum res Archiepiscopi, sed etiam res ipsius monasterii occupavit: quos cum in bono pace repererent, ipsi rebus illis, ut eis possit grassandi materia, plenius indulgers sed. Apostolicus appellauit, in octauis sancti Martini proxima praeritit, sua terminum appellatum praesentem. Contra praedictum monachum Episcopi allegauit, quod antequam donata illa facta sunt, Archiepiscopus erat postus extra mentem, ita quod cum interrogatus fuisset, An Monachi non in habitum suscipere? & respondisset, Quia: statim interrogatus ab alio, Va tu esse asinus? respondit, ualde similitur. sicq. praedicti Monachi cum ad suum monasterium adportarant, quod idem monachus se obtulit probaturum, quibus auditis & cognitis.]

DE SEPULTVRIS d.

TITVLVS XXVIII.

CAP. I.

Decedens intestatus, sepelitur in sepulchro maiorum, vel ubi legitur sepultura parochialis, tamen ecclesia habeat canonice portionem eius, quod reliquit ecclesiae sepultura, hoc dicit, secundum uerorem intellectum.

Leo III.

Nos instituta e maiorum patrum considerantes, statimus unumquemque in maiorum suorum sepulchris jacere, ut Patriarcharum exitus docet. Nulli tamen negamus propriam eligere sepulturam, & etiam alienam. Dominus enim & Magi-

a. Erat a mente. b. Ipsam. c. Dicitur ipse, deest ut plerumque in antiq. d. In uno Vaticano: De sepultura mortuorum, e. Post Concil. Lateran. sub Alex. III. p. 93. c. 2. & Cap. 3. cod. tit. in. comp. & 114. c. 2. edat. lib. 6.